



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Confirmatio Apostolica ordinis Canoniorum sub Regula S. Augustini vt  
Crisma, consecrationes, ordinationes gratis pr[a]estentur ab Episcopo,  
alioquin alius eligatur priuilegiorum, possessionum, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

## Confirmatio Apostolica ordinis Canonorum sub Regula S.

*Augustini* vt Crisma, consecrationes, ordinationes gratis præstentur  
ab Episcopo, alioquin alius eligatur priuilegiorum,  
possessio, libertatum &c.

**C**elestinus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Richardo* Præposito ec-  
clesiæ *S. Mariae de Vndensdorf* eiusq; fratribus tam præsentibus quam futuris  
regularem vitam p̄fessis in perpetuum. Desideriū q; ad religionis p̄positum &  
animarum salutē pertinere monstratur animo nos deest libentē concedere pe-  
tencium desideris congruū impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino  
filij vestris iustis petitionibus elementer annuimus & p̄fatam ecclesiam quæ à  
nobili viro *Ortone* Comite Palatino in p̄prio allodio fundata est & sub eius v-  
nius bisanti, nobis nostrisq; successorib; annualiter persoluedo cōmunimus.  
In primis siquidē statuentes vt ordo canonicus secundū beati *Augusti* regulam  
p̄petuis ibi temporibus inuolabiliter conseruetur, præterea quacūq; posses-  
siones, quæcūq; bona eadem ecclesia in p̄sentiorum iustē & canonicē possideat  
aut in futurum cōcessione Pontificum, largitione regum vel principū, oblatio-  
ne fidelium seu aliis iustis modis Deo propicio poterit adipisci firma vobis ve-  
strisq; successoribus & illibata p̄maneat. Crisma verō oleum sanctum consecra-  
tiones altarium seu basilicarum ordinationes clericorum qui ad sacros ordines  
suerint promouendi à Diocesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus  
suerit & gratiam atq; cōmunionem sedis apostolicę habuerit & ea gratis absque  
aliqua prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicū quē-  
cūq; malueritis adire antistitem: Sepulture quoq; libertatem p̄fatę ecclesię  
apostolica auctoritate donamus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum  
liceat p̄fatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel  
ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare sed omnia integra  
conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt  
v̄sibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue  
persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire  
temptauerit secundō tertioq; cōmonita si non satisfactione congrua emenda-  
uerit potestatis honorisq; sui dignitate careat reamq; se diuino iudicio existere  
de perpetrata iniquitate cognoscat & à sanctissimo corpore & sanguine Dei &  
Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine di-  
stricte v̄tionis subiaceat. Cunctis autem eidē loco iusta seruantibus sit pax Do-  
mini nostri Iesu Christi quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant & ap-  
ud districtum iudicem præmia æternę pacis inueniant Amen.



Ego *Celestinus* Catholicę ecclesię  
Episcopus II.



Datum *Lat.* per manum *Gerardi* sanctę *Romane* Ecclesię presbyteri Card.  
Bibliothecarij XII. Cal. Martij Indiēt. VII. Incarnat. Dom. An. M. C. XLIII.  
Pontificatus verō Domini *Celestini* II. Papę anno primo.

Concessio